

omnia bona eorum. Et antequam gallus primam vocem dederit, omnes in igne et occisione gladii miserabiliter consumentur.“ Dixit autem Iessko^z ille quadratus rusticus^z: „Rei¹² sunt mortis et si in^a exterminio eorum oporteret^{b13} me commori^c illis, ob vindictam Iesu non denegabo.“ Ionas autem princeps Iudeorum ait: „Tristis anima mea usque¹⁴ ad mortem, mortem autem perpetuam.“ Respondens autem^d quadratus ait: „Non iocundabor ad plenum, donec inebrietur gladius similiter^e et animus meus de sanguinibus Iudeorum. Spiritus^f quidem meus ad hoc promptus est et^g caro autem anima infirma^f.“ Conuersus autem ille^h ad^h alios ortabatur eos, ut et ipsi protinus confirment fratres suos, orent quovisqueⁱ et vigilent, ne in Iudaicam intrent in^j temptationem¹⁵: „Non^k sicut ipsi volunt, sed sicut nos^l volumus. Calix, quem disposuit eis Deus pater, non transibit ab eis, sed^m bibent illum^m. Fiat voluntas nostra.“

Adhuc¹⁶ eoⁿ loquente venit ad eos turba multa Christianorum cum gladiis, sagittis^o, lanceis, fustibus et armis, [fol. 144v] non perswasa a consulibus et senioribus^p civitatis^q, sed motu divinitus inspirato, interficere eos. Qui^r cum venisset dedit eis unus signum dicens: „Domum

z-z) Jessko quadratus rusticus *M*; Gesco ille quadratus *P* a) *fehlt M*
 b) oportuerit *P* c) comori *M*; mori cum *P* d) *fehlt P* e) simul *P*
 f-f) spiritus quidem meus adhuc promptus *M*; spiritus ad hoc promptus est, et caro non infirma *P* g) *superskribiert PL* h-h) ad ille, *als Wortdreher markiert PL*
 i) quoque *P* j) *fehlt L* k) ut non *P* l) eos *P*
 m-m) *fehlt M* n) illo *P* o) et sagittis *P* p) a senioribus *P* q) *fehlt M*

12) *Matth. 26,66*: quid vobis videtur | at illi respondentes dixerunt reus est mortis.

13) *Matth. 26,35*: Ait illi Petrus | etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo | similiter et omnes discipuli dixerunt.

14) *Matth. 26,38*: Tunc ait illis | tristis est anima mea usque ad mortem | sustinete hic et vigilate mecum.

15) *Matth. 26,39-42*: Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans et dicens | mi Pater si possibile est transeat a me calix iste | Verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu / Et venit ad discipulos et invenit eos dormientes | et dicit Petro | sic non potuistis una hora vigilare mecum / vigilate et orate ut non intretis in temptationem | Spiritus quidem promptus est | caro autem infirma / Iterum secundo abiit et oravit dicens | Pater mi si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua.

16) *Matth. 26,47-50*: Adhuc ipso loquente | ecce Iudas unus de duodecim venit | et cum eo turba multa | cum gladiis et fustibus a principibus sacerdotum et senioribus populi / Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens | quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum / et confestim accedens ad Iesum dixit | have rabbi | et osculatus est eum / dixitque illi Iesus | amice ad quod venisti | tunc accesserunt et manus iniecerunt in Iesum | et tenuerunt eum.